



84
931.
INDEX

FLORENTINVS
BARBARIEI E MEDIO AEVO AD
NOS TRANSMISSAE


ΑΠΟΡΡΩΣ.



LIBER SINGVLARIS
PATRI
GENETHLIA QVINQVAGENSIMA NONA
FELICITER AGENTI
DESPONSVS ET CONSECRATVS

A

IOANNE AVGVSTO KETTEMBEIL
NOT. PVBL. CAES. ET ADVOCATO
SAXONICO ELECT.



A. c̄lo CCLV.



FRANCOHVSÆ
Ex OFFICINA KEIZIANA.

INDEX

LIBRORUM TITULI

CAUSA QVAM QVIDA E INDIA IN TRANSVAN-

ASIA TRADITIONIS

ADDITIONES

LIBRORVM SIGNATVR

PATRI

MONS AMBIVLUS ET CANTABRICA



IONNE VACARO RATHMELLI

COL. SAV. CAV. ET ARCOASTA

SALONICO: EPIST.

A. dicitur


BRUNNUS

Ex OFFICINA EPISTOLARIA

V I R O
CONSULTISSIMO AMPLISSIMO
DOCTISSIMO
I O A N N I A V G V S T O
KETTEMBEIL
DOMINO IN ARTERN
ILLVSTRISSIMAE WERTHERORVM GENTI A CO-
GNITIONIBVS FEVDALIBVS ET REI CLIENTELARIS
IN CVRTE BEICHLINGENSI TRACTANDAE
IUDICIQVE QVOD BEICHLINGAE
EST MODERATORI
ETC.
P A T R I B E N E F I C E N T I S S I M O
HOC
QVICQVID EST PRIMITIARVM
DECLARANDAE PIETATIS ERGO
M O R E I N S T I T U T O Q V E M A I O R V M
D. C. Q.

SIMVL VERO
DE GENETHLIIS QVINQVAGENSIMIS NONIS
FAVSTE FELICITERQUE
ACTIS
QVA DECET PIETATE GRATVLATVR
DEO OPT. MAX.
PRO ANIMI CORPORISQUE ROBORE
HVCVSQUE LARGIVS IMPERTITO
GRATIAM QVANTAM MAXIMAM ANIMI CONCIPERE
POSSVNT HABET
ATQUE
VT PORRO NVMEN REBV S PATERNIS PRAESTO ESSE
ET
SENECTAM PLACIDAM VEGETAM ET HONORIFICAM
CLEMENTISSIME LARGIRI VELIT
QVAM RELIGIOSISSIME PRECATVR
PATERNAEQUE BENEVOLENTIAE
SE SE COMMENDAT
IOANN. AVG. KETTEMBEIL
F. L. O. Q.
P. P. BEICHLING. IN THVR.
PRID. NON. AVG.

Prae-



Praefatio

Le&t. Crit. Sal.

A nnus fere circumagit, ex
quo *Diatriben, Stricturis V.*
C. Ioannis Iensi oppositam,
usque adeo confeci, ut quo quis
tempore foras dari queat. Ve-

rum

A 3

rum hic usque didici, & Diatribes
meae editionem inter eas res referen-
dam esse, quas optare, quam sperare
magis nos oportet. Apud nos enim
elegantiores Musae frigent ferme ac
rari sunt nantes in gurgite uasto, qui
scientiam iuris cum usu, ut par est,
coniungunt. Quo quidem fit, ut id,
quod honestandae & collocupletan-
dae comtioris Iurisprudentiae causa
pasim editur, in oris nostris parum
pensi habeatur, imo tantum non sper-
natur alto supercilium. Scilicet, quid
ad nos, uelut in *antro Platonico* cum ru-
sticis uiuentes, Grammatica, quid
Critica, nobilissima illius pars, quid-
que omne id, quod Philologiae nomi-

ne

ne continetur? Talia enim ab his, qui
se suamque salutem fidei nostraem man-
dant, non cassa nuce emuntur. Eo ni-
mirum omnis Iurisprudentia nostra
ualere uidetur, ut bene nummata
marsupia habeamus. Iccirco, quic-
quid non est de pane lucrando; (quam ge-
nerosam & magnificam uocemiaepe
exaudimus) illud cane peius & angue
fugere debemus. Ac sane hi, quorum
scrinia magnum *Hoppium*, immortalem
Fibigium, illustrissimum *Schwendendoerf-*
ferum, excellentissimos *Cubachium* &
Pantschmannum, praestantissimum *Carp-*
zovium (licet de hoc ipse probem iu-
dicium *Gundlingii*, ad Heum. p. 4540. &
4543.) & *Martini* & denique omnium
erudi-

eruditissimum (a) *Bertochium*, iuris-
prudentiae perplexabiliter propositae
& miserandum in modum deturpatae
thesaurum, habent, beati sunt possi-
dentes & pragmatici omnibus nume-
ris absoluti. Quae cum ita sint, laete-
mur omnino, Belgas a nobis pluri-
mum disiunctos atque *χασια μητρα* inter
ipsos & nos fixum esse. Verendum
enim haud dubie est, ne illi, si no-
bis essent contermini & ad nos ueni-
rent frequentius, adeoque animad-
uerterent magnam, qua laboramus,
Civistarum penuriam, sint existima-
turi,

(a) Ideo significatum uocis auxi, quod in lingua latina uer-
bum, quo *Bertochiana* stupenda eruditio pro dignitate
celebrari queat, huc usque reperire non licuit. Quis
enim de talibus ICC satis digne unquam loquetur!

turi, barbariam, e Belgio feliciter
proscriptam deportatamque, ad nos
concessisse. Quocirca bonam spem,
quae cum rerum, quas dixi, aliarum-
que desperatione huc usque conflxit,
nunc fere abiicio ac dubito, fore, ut
Pandectae, ab iniuriis *C. L. Lensii* per me
defensae aliquando prodeant: in primis
cum bibliopolae ⁽³⁾ haec talia, quod
saporis nostri esse non uidentur, hor-
reant ac nauseent. Vnuni tamen ca-
put a Diatriba, quam dixi, com-
mode seiungendum, retractaui at-
que, hac occasione, foras censui

B pro-

⁽³⁾ De bibliopolis nostrae regionis ualet, quod Mr. des
Maizeaux, dans la Vie de Mr. Bayle, pag. m. LXXIII.
de nonnullis, quos: *sur le gout du Public se regler*, ait,
obseruat.

proferendum. Accipias id, *Lector*
critice at beneuole, explicata fronte, ac
scias, me, siquidem punctum tuum
libellus tulerit, id acturum esse, ut
Pandectarum Defensio, aere meo, quam
primum in lucem exeat. Vale &
complectere conatus fauore & au-
tori, e coeno ac puluere forensi
emergere gestienti, Διοσκύρες καὶ Μυσταγετας
precare. Scripsi Beichlingae in Thur.
Prid. Non. Augusti A. d^o c^o I^o cclv.



Index



Index Florentinus literariae barbariei, e
medio aevo ad nos transmissae,
ἀπογεων.

§. I.

Vulgaris opinio de hodierno iurisprudentiae
criticae statu.

Prauam & periculosam habent opinionem,
qui putant, masculam, ut dicitur, iuris-
prudentiam, hac nostra aetate usque adeo per-
fectam esse, ut ei nec addi, nec demi, quic-

B 2

quam



quam posse uideatur. Quae opinio, licet re-
apſe falsa eſt; tamen non tenuis eſt eorum
prouentus, qui illam amplectuntur, & mordicus
tenent.

§. II.

Opinio uerior.

Quemadmodum uero non ſemper uulgi iu-
diciu[m] cum intelligentium iudicio congruit;
ita uulgaris illa opinio a doctis & rerum intelli-
gentibus explodi, atque pro tralatitia haberi fo-
let. Ego non fateor, ſed profiteor, me ab ho-
rum partibus tantum non ſemper ſtetiff[er]. Ac
tantum abeſt, ut a ſententia mea diſcedam, ut
potius fidenter ſtatuum, Iurisprudentiam Cri-
ticam a Saeculi XVI. & XVII. luce ita deſciuiſ-
ſe, ut eius, hoc noſtro ſaeculo, ſublustris um-
bra duntaxat ſuperelleſſe uideatur.

§. III.

§. III.

Nolim, Erudite Lector, poscas me, causam assertionis huius differendi. Praeterquam enim, quod insignis argumentorum numerus in promtu est, uereor ualde, ne uel nonnullorum expositio parum delectamenti & uoluptatis tibi sit allatura. Oporteret me ante omnia dicere de proletaria ac tenui humanioris literaturae notitia, qua non pauci tempestatis nostrae ICC tincti atque instituti sunt. Verum difficilis est uiuentium censura: iccirco, cui libitum est, ille excutiat utriusque temporis, quod dixi, rationem, & conferat; est enim hoc commodissimum inuestigandi genus, si contraaria, iuxta se posita, conferantur.

§. IV.

Scilicet duobus istis saeculis, & XVI. cum primis, mascula iurisprudentia in πτερυγιώ τα ιερά,

B 3

ut



ut ita loquar, stabat: hodie a basi proxime
abest. Res magis in promtu erit posita, si re-
quisieris, Lector, huius saeculi Budaeos, Cu-
iacios, Augustinos, Duarenos, Raeuardos,
Hotomanos, Balduinos, Contios, Donellos,
Fabros, Gothofredos, Gentiles, Bachouios,
ut taceam reliquos (a) heroes, quos quidem re-
quire-

(a) ICC elegantiores *in folle*, ut aiunt, ostendit Praef. Estoria-
na Vultei Iurispr. Rom. Marb. 1748. praefixa. Ceterum
plane παρεγγως heic obseruo, esse quosdam patriae meae
ICC, qui solennem istam loquendi rationem: *in folle*
non solum: *in volle*, imo germ. *in volle* scribere, sed illa
etiam prorsus peruerse ac sinistre in sermone quotidiano
uti solent: ut alias, huius generis, flosculos, in *Aetis*
Iudicialibus saepissime deprehensos, omittam. O, quam
iniusti iniuriique sunt in bonum Priscianum iustitiae apud
nos sacerdotes plerique! Num hi uero ICC nomine di-
gni sint, aliorum esto iudicium. Ego Aristarchi manes
obtestor, ut continuo reuolent atque tales ICC, con-
stupratae philologiae reos, exagitent, ut & in reliquis
sapere



quirere facile licet: inuenire tamen non item.
Sic, de his, existimo!

§. V.

Consilium libelli.

Ego uero id mihi non sumo, ut Reipubl.
ICC communem errorem eripere uelle susti-
neam. Illud volo, ipsam iurisprudentiam cri-
ticam iam tum illis temporibus, quibus maxi-
me floruit, NONNIHIL LOLII retinuisse,
idque ad nostram aetatem propagasse, ac pro-
inde nec dum satis farritam esse. Placet

VNVM

sapere audeant. Est quidam Andr. Alciatus, qui ad
Tit. *ñ.* de V. S. scripsit. Hic p.m. 87. Libr. IV. *ro:*
in folle explicuit. Miratus sum hoc scisse Criticum &
ignorasse Pragmaticos? Viden', quid Grammatica Prag-
maticos iuuet? Viden', quid distent aera lupinis?
Quemadmodum uero Phryx non minus, quam Spintha-
rus plagis emendatur; ita hoc aliis relinquam: talium
enim hominum emendatio infra me posita est.



VNVM LOLIVM hac commentatione indicare, &, si fieri posset, extirpare.

§. VI.

Itaque DE FLORENTINO INDICE, siue matricula, quae Veterum ICC nomina libellosque, Digestis carptim & κεφαλαιωδως (b) a Triboniano inserta insertosue, continet, nonnulla commentabor, quae quidem, HVNC INDICEM PLANE REPROBANDVM ESSE, docebunt. Florentinus autem, secundum excellentiam, dicitur ideo, quod Exemplio Etrusco, alias Pisano, primum praefixus, ab eoque, in alias Pandectarum editiones, derivatus est.

§. VII.

(b) Apud Plin. Ep. VI. 22. est: κατα κεφαλαια, quod Stephanus ex altero Plinio *capitulatum* vertit.



VII

§. VII.

Nonnulla de ratione ac natura
indicis,

Etruscae membranae (c) *inscriptionem*, in-
dici praemissam, exhibent talem: Εξ ἵσαν αρχαιῶν
καὶ τῶν ὑπὸ ἀντων γενομένων βιβλίων συγκεντοῦ τὸ πάφον τῶν
Διγενῶν, ἦτοι τὰ Πανδέκτη, τὰ ἐυσεβεῖτά τε βασιλεῶς Ιωσήπου
συνταγμάτων. Hoc est: Ex quibus ueteribus ICC &
libris, ab illis compositis, constet praesens Di-
gestorum, siue Pandectarum opus, pientissimi
imperatoris Iustiniani auctoritate factum? No-
mina Veterum ICC in Indice collocantur hoc
ordine:

I. 181.18.

II. Papinianu. (d)

III. Quintu Muciū Scaeoulu.

C

IV.

(c) Vtor Editione S. van Leeuwen, Amst. & L. B. 1663.

(d) Ineptiae in aprico sunt: itaque lectorem de his monere
non opus.



- IV. Αλφύα.
- V. *Sabinu.*
- VI. Προχλάδ.
- VII. Λαθεωνος.
- VIII. Νερατις.
- IX. *Iauolenit.*
- X. *Celfu.*
- XI. Πομπονις.
- XII. Βαλεντος.
- XIII. Μαζκιανη.
- XIV. Μαυρικιανη.
- XV. Τερεντια κλημεντος.
- XVI. ΑΦεικανη.
- XVII. Μαριελλη.
- XVIII. Κερβεδια Σκαβολη.
- XIX. Φλορεντινη. ↗
- XX.



XX.	Γαλε.
XXI.	Βενγλεις.
XXII.	Τερτυλιανος.
XXIII.	Ιερος.
XXIV.	Ουλπιανος.
XXV.	Παυλος.
XXVI.	<i>Triphoniū</i> .
XXVII.	Καλλιστανος.
XXVIII.	Μενενδρος.
XXIX.	Μαρκιανος.
XXX.	Γαλλες Ακυλα. (f)
XXXI.	Μοδεστινος.
XXXII.	Ταραντινος Πατερος.
XXXIII.	Μακρος.
XXXIV.	Αρηαδης.

C 2

XXXV.

(f) De hoc monstro uarie disceptatum fuit. Alii, ex Romuli lege occidendum, alii retinendum censuerunt. vid. Augustin. Em. l. 4. Heinecc. de C. Aquil. Gallo, p. 5. n. (c.) & Gronou. ad Ind. Pl. lib. 1. cap. 1. (d)



XXXV. ΡωΦΙΛ.

XXXVI. Αιθν ητοι Φωρια Λυθιαν.

XXXVII. Μαξιμ.

XXXVIII. Ερμογενιαν.

XX

IX

XXX

III

XXX

Horum nomina exhibit catalogus Pandectis Florentinis praefixus.

§. VIII.

Qui uel leuiter literaria iuris historia tintillans est, ille, nullo docente, perspicit illico, successionem Veterum ICC prorsus inepte atque inscite in Indice nostro esse ordinatam. Ut uero hoc alibi (g) pluribus excutiam; ita nunc moneo, doctissimos ICC, in numero Veterum νομινων, in indice contentorum, definiendo sibi haud constare. Greg. Haloander habet

XXXIX. Ang. Politianus (h) XXXVI. Guil. Budaeus

(g) infr. §. 12.

(h) in Ep. ad Iac. Modestum.



daeus (i) XXXVII. Lael. Taurellus XXXVIII.
 Ant. Anselmo (k) XXXIV. Ioann. Mercerius (l)
 XXXVI. Bern. Henric. Reinoldus XXXVIII. (m)
 Iul. Pacius (n) XXXVII. Ant. Contius (o)
 XXXIX. Laur. Theod. Gronouius (p) XXXVII.
 Iureconsultos. De his commonuisse satis sit:
 nihil de meo adiicio, praeterquam quod mi-
 ror, nonnullos ICC in hac Indicis discordia se-
 danda operam collocasse.

§. VIII.

Cuilibet IC subtexti sunt *tituli libellorum*, e
 quibus Pandectarum leges desumxit Imperator.

C 3 Hac

(i) in Not. Prior. ad π. p. m. 42.

(k) in not. ad Indic.

(l) in Conciliat.

(m) ad Mercer.

(n) in Editione sua.

(o) in Editione sua π.


(p) in Emendatt. π.



Hac recensione auctor, instar soricis, prodit,
se barbarum fuisse saeculoque IX. haud dubie
hocce titiuitium texuisse, ut docebitur suo lo-
co. En, Lector, specima nonnulla!

Legitur Florentiae:

<i>Digestion</i>	pro :	<i>Digestorum.</i>
<i>Quaectionon</i>		<i>onum.</i>
<i>Responson</i>		<i>orum.</i>
<i>Definitionon</i>		<i>onum.</i>
<i>Regularion</i>		<i>arum.</i>
<i>Epistolon</i>		<i>arum.</i>
<i>Fideicommission</i>		<i>orum.</i>
<i>Publicon</i>		<i>orum.</i>
<i>Instituton</i>		<i>orum.</i>
<i>Dotalicion</i>		<i>orum.</i>
<i>Stipulationon</i>		<i>onum.</i>
<i>Actionon</i>		<i>onum.</i>
<i>Constitutionon</i>		<i>onum.</i>
		<i>Dispu-</i>



<i>Disputationon</i>	pro:	num.
<i>Protribunalion</i>	-	lium.
<i>Opinionon</i>	-	onum.
<i>Breuiion</i>	-	rium.
<i>Sentention</i> (φ)	-	arum.
<i>Decreton</i>	-	orum.
<i>Ediction monitorion</i>	-	orum.
<i>Militarion</i>	-	num.
<i>Differention</i>	-	tiarum.

Ohe iam satis est ineptiarum ! Timeo Φθισμ.
 Sed non omnes libellorum tituli tam absurde
 concepti sunt: & plures habentur naturali or-
 dine positi, reiecta μεταβάσει illa. *Librorum nu-*
merus graece constanter exprimitur : e. c.

Ad

(q) In recensione Paulinorum commemorantur : *Sentention*
 $\eta\tauοι$ *faldum* βιβλια εζ. Quid hoc rei sit, ego non in-
 telligo: horrendam barbariem bene intelligo. Ceterum
 hi libri VI. in Indice abundant. uid. infr. §. 15. & Labitt.
 p. 214. I. LL.



Ad Edictum Εβλια ουδεποντα.

Qua in re sola auctor *ἀκείσθα* seruauit: atque adeo etiam ineptiendo attentus fuit Pamphilus ille.

§. X.

Clarigatio Indici fit.

Arbitror, ex his, de INDICIS CONDITIONE EXTERIORI cuiuis Lectori constare. Quod si cui minus satis factum sit, is uideat Pandectas easque ad Florentinum *ἀρχειον* curatas. Ego iter meum prosequor &, ut ne quid dissimulem, aio, FLORENTINVM INDICEM NEC A IVSTINIANO, NEC A SATELLITIBVS^(r) EIVS PROFECTVM, SED AD SAECVLVM QVODDAM RECENTIVS REFERENDVM ESSE. Coniectura haud grauate assequor, fore plerosque, quorum censuram non potuero non incurrere. Verum, si talis,

(r) Ita Imperator Ministros suos appellat, §. I. Const. Tanta.



talis, in me, timor caderet, non parum certe pro me propugnaret ac rem, animo conceptam, iuuaret summorum iudicium uirorum, quod de Indicis sinceritate, si dis placet, occultius & tectius alii, alii apertius manifestiusque prodi-
derunt. En quinque viros, iuris & historiarum peritissimos, qui *de Indicis authentia dubitate*, Aegid. Menagium (s), Guil. Grotium (t), Chr. Gothofr. Hoffmannum (u), Henr. Brenc-
mannum (x), Io. Petr. de Ludewig (y), taceo
alios.

§. XI.

Sed Reip. Literariae genius solis auditorita-
tibus parum contentus est: imo aspernatur ac
D respuit


(s) Am. I. C. cap. 7. p. m. 36.

(t) De Vit. ICC. L. II. c. II. §. 14.

(u) Hist. Iur. Vol. I. p. m. 314. seq.

(x) Hist. ñ. Fl. L. II. c. 5. p. 148.

(y) Vit. Iustin. M. p. 282.



respuit hos, qui, praeter auctorem suum, laudare possunt omnino nihil. Videlicet argumentis ac rationibus pugnandum est: quod & me oportet, ne Indicem ad reliquias barbarie, e medio aevo ad nos translatae, frustra & perperam retulisse uidear.

§. XII.

Causa prima.

Iccirco matriculam, quam saepius dixi, daminandam atque ex ICC Republ. proscribendam censeo grauibus causis admonitus. Prima est: INDEX FLORENTINVS PERVERSO ET CONTVRBATO ORDINE TEXTVS EST. Sane *εινταξια* penitus deest: nam ICC aptis & accommodatis locis non sunt positi. Plasta perpetui edicti, quod uocant, primas tenet. Causas dixerunt Ioann. Bertrandus & Ioann. Petr. de Ludewig; Sed, meo quidem



dem animo, ita, ut alia alia sit peior & nequior.
 „ Bertrandus (z) „ *Mirabitur, ait, fortasse quis-*
 „ *piam, quod Iustinianus in Indice Salu. Iulia-*
 „ *num primo scripserit. Verum hoc ideo fa-*
 „ *ctum puto, quod Salu. Julianus Perpetuum*
 „ *composuerit Edictum.* „


¶ nisi co msp S. XIII,

¶ Ut tamen, si optio esset imperata, Bertran-
 dum sequi mallem; ita ego suppeditatam a Lu-
 dewigio causam plane respuo atque animi co-
 gitatione indignam pronuncio. Ait (aa):
 „ *Accedit & alia causa, ob quam Salu. Julianus*
 „ *primas habuit meruitque inter ICC alios, quod*
 „ *uinceret plerosque multitudine librorum.* „
 Hanc rationem leuem & ieunam esse, ex eo
 docemur, quod a Juliano librorum numero,

D. 2 neque

(z) Bölg Nov. L. I. c. i. p. m. 3.

(aa) Vit. Iust. Cap. VIII. §. 53. n. 267.



neque Dom. Vlpianus, neque Iul. Paulus uincuntur. Discas ex his, Lector, NON OMNIA MAGNA ESSE, QVAE A MAGNIS HOMINIBVS DICOVNTVR.

§. XIII.

Porro causam requiro, quam ob rem Julianus, modo memoratus, & Aem. Papinianus Qu. Muc. Scaeuelae aliquisque ICC, illis longe antiquioribus & celebrioribus, praepositi? Sane, si Iustinianus matriculam confecisset, ipsi omnino magis congruum uisum fuisset, ut *hic in re temporum series obseruaretur*, quam si *confuse & sine ulla antiquitatis ratione* describerentur ICC: scimus nempe, quam retinens priscae rei Iustinianus fuerit & quam amans

χρονοταξίως.

§. XV.



§. XV.

Secunda causa.

Secunda causa est: INDEX FLORENTI-
NVS RECENSET VETERVM ICC LIBEL-
LOS ET LIBROS (qua nempe particulam
operis signat haec uox), E QVIBVS TAMEN
NVLLA LEGVM CAPITA IN PANDE-
CTIS IPSIS COLLOCATA SVNT. Hoc
ipsum parastatas indicis male habet idque hoc
magis, cum nec dum iis succurrerit Apollinis
auxilium, licet uoce, quanta potuerunt
maxima, eius opem consiliumque imploraue-
runt.

§. XVI.

Exemplis afferendis supersedere nequeo.
Vnum idque non poenitendum suppeditat Ia-
cobus Labittus, eruditus uir & perhumanus,
quemadmodum Cuiacius eum celebrat. Ait

D 3

inti-



„ intimus magni illius Tolosatis: „ *In catalogo,*
 „ *Pandectis Florentinis pradeposito, numerantur*
 „ *Sabini TRES IVRIS CIVILIS LIBRI, sed*
 „ *ex illis nulla legum capita in Pandectas relata*
 „ *reperiuntur.* (bb) „ His tribus Sabini libris,
 in Indice ~~et usq; atque~~ positis, addo Ceruidii Scaeuo-
 lae: DE QVAESTIONE FAMILIAE MONO-
 BIBALION & Tit. Caui AVREORVM LIBR. VII.
 Scilicet ex isto monobiblio in Digestis *nihil*, ex
 his uero *quaedam duntaxat*, nimirum *e tribus*
prioribus solum, collocata sunt, obseruante
 Franc. Carolo Conradi (cc), IC doctissimo &
 Aca-

(bb) in Indic. LL. p. m. 2. & 50. cf. Conradi ad Ind. Flor.
 p. m. 156.

(cc) l. c. p. 158. seq. add. Labitt. l. c. p. 121. & periuolua to-
 tum LL. indicem Labittinum, uidebis *to*: *Ex reliquis*
libris nullae sumitae sunt, utramque paginam facere. Quod
uero, an conueniat inscriptioni §. 7. relatae, tu arbit-
rator. cf. Reinold. ad Merc. p. 13.



Academiae Iuliae, dum uiueret, ornamento singulari.

§. XVII.

Affatim documentorum! Ut uero haec confusio insigniter torsit Laur. Theod. Io. Frid. fil. Gronouium; ita uehementer gaudeo, ui- rum doctum huic malo mederi non potuisse, nisi uiolenta & suspecta medicina atque Gronouiorum familiae cum primis inuisa. (dd) Scili-

cet

(dd) in Emendat π. p. 84. Ceterum Gronouii sine MSSC. ope non facile emendant. Ingenium fere aspernantur. De Iacobo, huius fratre, N. Hieron. Gundlingius, ad Heum. Confsp. p. 4207. f. ita suo more, hoc est, satyrice, meditatus est: "Iac. Gronouius hatte viel gelesen und viele
" MSSCa conferiret. Eben deswegen konnte er auch nicht
" iciden, dass man ex Ingenio etwas corrigirte. Z. Ex. ich
" habe vor den dritten Tomum derer Obseruatt. Halens,
" Selectar. eine satyrische Praefation gemacht, worinnen
" ich unter andern die Redens-Art gebrauchet. Nolumus
" hanc



cet Gronouius XXXVII. ICC in indice numerat. Iccirco, ut una fidelia duos dealbaret parietes, Sabinum, cum *tribus Iur. Ciuil. libris*, expungendum atque eiiciendum ex Indice esse statuit. Evidem non refragarer, nisi me Thusci Oraculi & illorum, qui sacra eius faciunt, ira trux & praeferrida cohiberet. Nempe omnes ICC Critici praecipiunt seuere, nostrum esse officium, ut *tantis per Florentina-*

rum

„hinc viam calcare; davor aber der Buchdrucker: cac-
“ care sieben lassen. Gesetz nun, dieses waere mehrer-
“ wehntem Gronouio unter die Haende gefallen, so würde
“ er gleich gesaget haben: Dis ist zwar was wunderliches;
“ Allein ich kan es nicht aendern, weil ich kein MSC. babe.
“ Was ist das nicht vor eine Superstition? Gronouius lies al-
“ so das: caccare lieber stehen. Ist das nicht ein wunder-
“ licher Mann, der gar nichts ohne MSC. corrigiren will?
“ Man kan ja viele 100. Sachen ex Coniecturis interpretiren.
“ Was mus einer nicht oft coniecturiren in Briefen, so von
“ Maegdgens geschrieben worden. „ Haec Gundlin-
gus.



rum auctoritatem membranarum tueamur, dum recta ratio aliud exposcat. Atqui Index Florentinus habet Sabinum eiusque III. Iur. Ciuil. libros. Non igitur tibi, Gronoui, religio, deferere scripturam? Certe id ego non admitto: neque, Iustinianum & *τουτεγγες* tanti erroris ac *παροφανατος* auctores fieri.

§. XVIII.

Tertia causa.

Tertia causa est: INDEX NONVLLA HABET, QVAE PERQVAM INEPTE *παρελιπον*. En, Lector, exempla pauca! Has ineptias obseruare licet in recensione scriptorum, ad Vlpianum Paulumque pertinentium. Scilicet matricula Flor. LIBROS VII. REGVLARVM, ab Vlpiano conscriptarum numerat. Addit deinde: eiusdem REGVLARION *βιβλιον εν*. Quod quidem prorsus otiose, imo in-

E

sulſe



sulse fit: etenim maxime dubium est, sit ne
hic singularis Regularum liber ab illis septem,
prius enumeratis, diuersus? Certe haec dispu-
tatio multum exercuit magnum illum Schul-
tingium, in *Iurispr. Ante - Iustinianea*, p. m.
560. Verum, ut ut est, si diuersus & singula-
ris, quam ob rem inter τα μονοβιβλα, seorsim
ab auctore recensita, non est locum nactus?

§. XVIII.

Hoc idem accidit Julio Paulo, Domitii
συνχρονω & ciui. Recenset auctor Indicis Pau-
li: REGVLARION ΒΙΒΑΙΑ ΕΠΤΑ, & continuo
subiungit eiusdem: REGVLARION ΒΙΒΑΙΟΝ ΕΝ.
Eadem heic est abiurdiratis ratio, quam apud
Vlpianum reddidi. Ego uero miror, Vlpia-
num pari cum Paulo passu ambulare? Miror
etiam, eundem errorem bis occurrere? Miror
denique, recentiores ICC ineptias tales assigna-
re Iustiniano?

§. XX.



§. XX.

Quarta causa.

Quarta causa est: OMITTIT INDEX DVOS ICC, QVORVM E LIBRIS IN PANDECTAS ALIQVID RELATVM EST. Ipse Labittus, qui Indicem omnium optime excusfit, de hoc per insigni deliquio ac defectu „ attestatur ingenue. „*In catalogo Florentino, ait (ee), ICC duo desiderantur, ex quorum libris leges quaedam desumptae sunt.*„

§. XXI.

Desunt uidelicet AELIVS GALLVS ET CLAVD. SATVRNINVS. Ex illius *Libr. I.* de *Verbor.* quae ad ius pert. significat. sumta est L. 157. de V. S. ex huius uero *Libro singulare de Poenis paganorum* L. 16. de Poenis. Quod ad Saturninum attinet, sunt, qui Clau-

E 2 dium

(ee) l. c. p. 273. cf. Bertr. l. c. p. 186.



dium *Saturninum* & *Venuleium* unam eandemque
 personam faciant. Bertrandus, in Vita Venu-
 „ leii *Saturnini* ait : „ *Quint. Claudius Venu-*
 „ *leius Saturninus uocatur ab Ant. Augustino,*
 „ *ita ut diuersorum ICC nomina uni soli tribue-*
 „ *rit.* „ Verum , quo iure , quae iniuria,
 cum *Augustinus* ita statuat nosque doceat , tum
 Bertrandus *Venuleium* appelle *Saturninum*,
 equidem non perspicio. Certe in *Digestis Ve-*
 nuleio *nunquam Saturnini nomen superadditum*
reperi arbitror. Ut uerissimum sit , eos me-
 ra somniare prodigia , qui *Venuleium* , in Pan-
 dectis laudatum , pluribus nominibus compel-
 lant .

§. XXII.

Illud expeditum est , *Claud. Saturninum* ,
 qui in *Digestis* citatur , longe diuersum esse a
Venuleio : etiamsi demus , huic *Venuleio Sa-*
 turni-

❧

turnini nomen fuisse. Scripsit Saturninus, quo de agitur, *de Poenis Paganorum libr. singularem.* Ne te offendat, hunc librum & Venuleio in Indice tribui. Scias, hoc *παροραμα* stupido auctori assignandum esse. Imperator & architecti Iuris Ciuilis maiori fide digni sunt: hi nempe Leg. 16. de Poen. ex Claud. Saturnini libro singulari de Poenis paganorum desumse-
 „ runt. Et recte Labittus (ff) ait: „ *Ex Ve-*
 „ *nuleii Libro singulari de Poenis paganor.*
 „ *nullae sumtac sunt.* „ Scilicet nullae sumi poterant ideo, quod Venuleius talem librum non scripsit. Sane ei ab auctore subornatus est. Mihi quidem, uel *ex hoc errore solo*, Indicem nouum atque suppositum esse, quam euidentissime probari posse uidetur.

E 3

§. XXIII.

(ff) l. c. p. 136.



§. XXIII.

Quinta causa.

Quinta causa est: NON SOLVM NOMINA VETERVM ICC OMITTIT INDEX, SED ET COMPLVRES EORVNDEM LIBELLOS, E QVIBVS IN PANDECTAS ALIQUID COLLATVM EST.

„In eo indice multi libri desunt: Pauli „*μονοειδεια* de dotis repetitione: de articulis liberalis causae: de formula testamenti: de „conceptione formularum: de cognitionibus: „ad SC. Turpillianum (gg): de officio assessorum: ad L. Fusiam Caniniam: de assignatione libertorum; Caii, Pauli, Vlpiani libri „ad Aedict. Edil. Curul; Vlpiani *μονοειδεια* de „offi-

(gg) Librarii Florentini in Tit. n. ad SC. Turpill. saepe scribunt: *Interpuillianum*. uid. Herman. Hist. Iur. L. II. c. 2.

§. 100.



„ officio Consularium: Pandectarum: Excusationum ; Caii *μωνος βλα* de tacitis fideicommis-
sis: ad SC. Tertullianum: ad SC. Orfitianum. *Desunt & alii ICC complures libri.* „ Ita confitetur Iac. Cuiacius, (hh) quo quidem nec maiorem, nec locupletiorem testem allegari posse puto.

§. XXIII.

Sexta causa.

Reliqui huius generis defectus cognosci possunt ex Labitto ac diligenti eius cum matricula Florent. collatione. Ego de sexta causa nonnihil moneo. En eam ! INDEX FLORENTINVS GRAECVS EST ET PANDECTAE LATINAЕ. Recte ait de Ludwig

(hh) Obs. L. II. c. 21. add. Guil. Grotius, l. c. qui ex hac causa catalogum Flor. pro ualde suspecto habet.



wig, (ii) hanc dubitandi rationem non leuem esse.
Sane hoc ipsum Indicis nouitatem arguit.
Scio, doctiss. Ioann. Iensium olim hoc indice
graeco, ad Pandectarum authentiam labefa-
ctandam, usum esse: sed, ut parum, ex hoc,
ad ~~sua~~ hypothesis adiumenti repetiit; ita de
uniuerso CL. Jensii systemate satis in *Diatrībe*
singulari disputauī, & ostendi *IX. Capitibus*,
totam doctiss. uiri *Demonstrationem*, Strictu-
ris, a. 1749. denuo editis, praefixam, *plane*
fculneam esse. Quam *Diatriben*, simul atque
naclus fvero, qui sumtus suggerat, praelo sum
commissurus. Igitur, ne in iusti modum libri
haec commentatio excrescat, quae alio loco
dicenda sunt, heic explicatius proponere nolo.
Interim, Lector, quod de Indice iam monui,
illud peruelim accipias etiam de CONSTITV-

TIO.

(ii) vit. Iust. p. 282.

TIONE: *Δεδωκεν ημιν.* Aio, eam superfluam esse. Conferas Constitut. Tanta. & dicas, quid tibi uideatur. Scias, iam olim sic sensisse Andr. Alciatum, *Dispunct. III. 12.* & aegre tulisse eius discipulum, Ant. Augustinum, *Emend.* & *Opin. III. 3.* Quod quidem me parum tangit.

§. XXV.

Additiones aliquot.

Restant pauca, sicco pede haud praeter-eunda. Haec ego strictim dilucidabo, ut cuius ne dememinisse uidear. Primum obseruo: *Constitutio Iustiniani* (§. 20. Const. Tanta.) *de Indice* quidem loquitur, sed eam de nostro *Indice accipi non posse in aprico est.* Ut taceam causas, supra redditas, aliud suadere, omnino *ipsa*

F

con-



constitutionis uerba, nedum uis ac potestas,
refragantur. Scilicet constitutio loquitur
de indice, super uniuerso Iure Ciuili, qua ta-
li, confiendo. Ut nempe constaret, quot
auctores, quotque eorum constitutiones &
libros CODEX ac PANDECTAE con-
tinerent. Non arbitror, quenquam a me
dissensurum esse, si quidem probe pondera-
uerit in Constitutione τα: e quibus ueterum
libris haec consummatio ordinata sit: & τα:
ex quibus legislatoribus quibusue libris eo-
rum & quot milibus hoc iustitiae Romanae
templum aedificatum sit. Scilicet Impera-
tor Ius Ciuale, quod, ^{κατ' εἰρηνήν}, Romanum
uocatur, in Pandectis & Codice complexus
ac sua ulna, ut ita loquar, mensus est. Igi-
tue



tur recte haec duo uolumina *Iustitiae Romanae templum appellauit.*

§. XXVI.

Duo sunt in promtu, quae opinioni adiumentum & robur afferunt. Alterum est: *Iustinianum de indice auctorum & libellorum, in Pandectis & Codice occurrentium, loqui, aper-te indicant haec uerba: EX QVIBVS VETERVM LIBRIS &c. &: EX QVIBVS LEGISLATORIBVS.* Nempe, ut illa de DIGESTIS, haec de CODICE intelligantur. Si tibi, Lector, mecum interpretari placuerit, defugies criticam aegritudinem & tricas, in quibus morantur, qui Constitutionem de Indice, supra exagitato, accipiunt,

F 2

piunt,



piunt, repugnante Minerua. (kk) Enimuero
IC non est legislator, sed, definiente Cuia-
cio, (ll) *is, qui iuri interpretando, responden-*
do & in melius producendo praeest. Quod ue-
ro additur post rō: *legislatoribus, id, ceu glof-*
sema, respuendum est.

§. XXVII.

Alterum est: *ait Iustinianus: QVIBVS-*
QVE LIBRIS EORVM ET, QVOT
MILLIBVS. Dic, amabo, qui Indicem
ex Constitutione tueris, ubi sunt *librorum*
millia in Indice? Computa & pone calculum.
Quod si uero diuersas diuersorum constitutio-

nes

(kk) uid. de Ludew. in Vit. Iustin. p. 282.

(ll) ad Tit. de Orig. Iur. p. m. 1307. cf. Id. ad L. Gallus p.
m. 332. & Raeuard. Coni. II. 10.



nes Imperatorum adiunxeris librisque annumeraueris, recte & bene sibi constabit Iustinianus. Verum sic de Indice nostro actum est: quod uolo.

τὸς Ρωμαῖος; οὐ πηδημα.

§. XXVIII.

Additio secunda.

Secundum obseruo: *Indicem Florentinum* haud dubie medio aevo (mm) natum esse. Scilicet confectus uidetur A LIBRARIIS GRAE CVLIS. Hi, cum ex descriptione Codd. iuridicorum uictum quaererent, sedulo laborabant, ut exemplum quisque suum & primo aspectu emtori, quoad eius fieri posset, commendaret. Iccirco, quicquid reperire licebat & ad codicem ornandum aliquid afferre ipsis uidebatur, illud conquirebant & codici addebant. Barbarum aeuum obstabat, quo minus

Antiquo nomine in modi F 300. bul. habili a fal-

(mm) cf. §. IX.



a falso uerum, ab inutili utile, a precioso uile
dignoscerent. Tum enim
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia
pondus.

§. XXVIII.

Librariis uero haud dubie confiendarum
matricularum occasionem fecit lex Iustiniane,
cuius mentio habita est. Ut ne scilicet dees-
set quicquam exemplo, grandiori pecunia uen-
dendo: &, ut hederam suspenderent uino,
illis temporibus, difficulter uendibili. Quia
quidem opera supersedere poterant, si qui-
dem Index Iustinianeus exstitisset. Ac statuo
fidenter, IVSTINIANI INDICEM IN RE-
RVM NATVRA NVNQVAM FVISSE.
Enimuero, si re uera fabricasset ac Digestis
praemississet Indicem Tribonianus, non opus fu-
set



set nouis indiculis. Sane, quot lineae in Indice, tot ferme testimonia de pingui ac rudi ingenio librarii graeculi deprehenduntur. Quid Saeculo IX. *metarmorphosi ac metabasi ista familiarius?*

S. XXX.

Vsus & epilogus huius exercitationis.

Quae cum ita sint, non amplius dubito, fore plerosque, quibus plane difficile sit ad credendum, Imperatorem ~~αὐτοῖς~~ hoc rude atque indigestum chaos & conflasse & Pandectarum operi præfigi idque eo deturpari passum esse. Atque hoc uehementius miror, doctissimos ICC tantum non omnes INDICEM FLORENTINVM pro VETERI ac PROBO hucusque HABVISSE. (nn) Nonnulli tamen lon-

gius

(nn) Inter hos quoque est CL. Salmasius, qui tamen Rhinocerotis nasum habuit, ad Scriptt. Hist. Aug. p. 115. Edit. Parif.



gius processerunt atque Indici tantam fidem
auctoritatemque tribuerunt, ut LEGVM IN-
SCRIPTIONES, IN EO NON REPERTAS,
pro SVSPECTIS HABERENT: imo LE-
GES, talibus inscriptionibus subiectas, e Dige-
stis EXTERMINANDAS esse censerent.

§. XXXI.

Ipse criticorum primipilaris ICC Jacobus Cuiacius, quem, Cornelio uan Bynkershoek^(oo) iudicante, hodie omnes gregatim sequuntur, in ea opinione fuit atque in Rempubl. ICC illam attulit. „*Possit quoque*, ait, ^(pp) *uideri suspecta Legis 4. π. de inoff. test. inscriptio plementum risque, quod ICC Indicis auctoritatem non habet.* „ Sic statuit Cuiacius, cui ομοψυφες non adiungo. Ego tamen, hac in re, magnum illum

(oo) Obs. III. 8.

(pp) Obs. II. 21. cf. quoque Ei. Paratitl. in Dig. p. m. 99.

Ium Tolafatem plane deserо atque sententiam
meam, hac diatribe propositam, rationibus
que non poenitendis fultam, iterum & iterum
amplexor & semper amplexabor.


Iam uero, finem scribendi faciens, utor
uerbis Pontici Heraclidis, quae ille de Home-
ro (qq) usurpauit; ita tamen illis utor, ut ad
rem, Florentinum Indicem dico, accommodem.
Ait ille: Εν ταυτοις τοις σιχοις αξιος εστι ομηρος, οκ εκ μιας
της πλατωνος ελαινεοθα πολιτειας, αλλ' υπερ ιερακλεους, Φασι,
ισχατας σηλας, καη την αβατον ακειαν θελασσαν.

(qq) Allegor. Homeric. p. m. 438. ap. Th. Gale, in Opusc.
Mytholog. phys. & ethic. Amstel. 1688.



G

EXOR-



EXORNATIONES,
QVIBVS OPVSCVL HONESTANDI CAVSAM
VSUS SVM:

Alciatus, A.

Anselmo, A.

Augustinus, A.

Bachouius, Rein.

Balduinus, F.

Bertrandus, I.

Brenemannus, H.

Budaeus, G.

Bynkershoek, C. u.

Caius, Tit.

Conradi, F. C.

Contius, A.

Donellus, H.

Dyarenus, Fr.

Estor, I. G.

Faber,



- Faber, uterque. *Melanges* *Ae*
 Gale, Th. *Motetten* *I*
 Gallus, Ael. *Leibniziana* *Ael*
 Gentilis, uterque. *Lesges* *Ter*
 Gothofredus, uterque. *Plinius*
 Gronouius, L. Th. *Topiques*
 Grotius, G. *Hesiodus* *I*
 Gundlingius, N. H. *Ridolphi*
 Haloander, G. *Spiritus* *M*
 Heineccius, I. G. *O*
 Heraclides.
 Hoffmann, C. G. *Scectors* *C*
 Hotomanus, F. *Schuttingen*
 Iensius, I. *Hebreus* *H*
 Julianus, Salu. *J*
 Iustinianus, Caef. *T*
 Labittus, I. *Todius* *D*
 Leeuwen, S. u.
 Ludewig, I. P. de.

Mena-



- Menagius, Ae.
 Mercerius, I.
 Papinianus, Aem.
 Paulus, Iul.
 Plinius, C. S. Iun.
 Politianus, A.
 Raeuardus, I.
 Reinoldus, B. H.
 Sabinus, Mass.
 Salmasius, Cl.
 Saturninus, Claud.
 Scaeuela, Ceru.
 Schultingius, A.
 Stephanus, H.
 Taurellus, L.
 Tribonianus.
 Vlpianus, Dom.



KC 3

Vd 18

ULB Halle
007 679 092

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

8d
931.
INDEX
FLORENTINVS
BARBARIEI E MEDIO AEVO AD
NOS TRANSMISSAE

ΑΠΟΡΡΩΣ.

LIBER SINGVLARIS
PATRI
GENETHLIA QVINQVAGENSIMA NONA
FELICITER AGENTI
DESPOSNSVS ET CONSECRATVS

A

IOANNE AVGVSTO KETTEMBEIL
NOT. PVBL. CAES. ET ADVOCATO
SAXONICO ELECT.

Hc 3
A. clo 10 ccLV.

FRANCOHVSÆ
Ex OFFICINA KEILIANA.

